



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio in laudem nouæ scholæ, Noribergæ in cœtu doctiſſimorum uirorum,
et totius fermè Senatus, a Philippo Melanthere habita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

ORATIO PHILIPPI MELAN-
thonis in laudem nouæ Scholæ, habita Nori-
berge in corona doctissimorum uirorum,
& totius fermè Senatus.

M. D. XXVI.



Vod uobis, & liberis ue-
stris, & uniuersæ Reipub.
faustum fœlixq; sit amplif-
simi uiri, quemadmodum o-
ptabatis, ludum literarium
aperiunt hi, quos huc pu-
blico consilio ad docendas
honestas disciplinas, accersistis, idq; uobis mea
uoce publicè denunciare uoluerunt. Nam cum in
scena hoc seruetur, ut ante actionem de Poëtæ uo-
luntate, seu de fabulæ argumento dicat prologus,
postulauerunt à me isti, pro iure amicitie, quæ mi-
hi cum ipsis peruetus est, ut ego uelut fabulæ ab
ipsis agenda, prologus fierem. Neq; mihi fuit in-
tegrum eorum uoluntati deesse, tametsi impuden-
tia erat committere, ut primas in dicendo partes
secundis hominibus præriperer. Sed uel cum aliquo meo periculo con-
iunctis hominibus fuit obsecundandum, &
suscipiendæ partes, quas non ipse mihi ultro sum-
psi, sed illi suo iure imposuerunt.

Prologi Poëtæ
rum.

f v Quoni-

Quoniam autem hic locus postulat, ut constitua-
 uestrum, quod de constituenda schola cecepimus, p-
 nemus, optarim hanc causam à facundioribus, qui
 qui pro dignitate predicare, & magnitudinē
 oratione æquare possent. Nam mihi in hac insu-
 tia mea uerendum est, ne culpa ingenij, laudes
 stras deteram minimè uulgaris sapientia, & pro-
 pemodum diuinæ. Etenim quod perspexisti in
 & utilitatem literarum ignotam uulgo, longè
 meq; à conspectu multitudinis positam, cōserua-
 das esse, & asserendas ab interitu iudicasti, pro-
 fertim hoc tempore, cum ubiq; periclitamur, &
 profecto diuinæ cuiusdā sapientiæ est. Que enim
 alia res maiores utilitates toti generi humano
 adfert, quàm literæ? Nulla arte, nullo opificio,
 non hercule frugibus ipsis terra natis, non ali-
 niq; hoc sole, quem uitæ authorem multi credid-
 runt, tantopere opus est, atq; scientia literarum.
 Nam cum sine legibus, ac iudicijs, & sine religio-
 nibus, nec teneri Respub. nec congregari cæci
 hominum, gubernariq; possint, hominum generum
 ferarum ritu uagabitur, si hæc occiderint, uel
 bonæ leges procreatae sunt, nati boni mores &
 humanitas, per quas propagata religio, ad nos
 stram memoriam durat. Si quis parum fidei ha-
 bit in meæ orationi habet, is earum nationum mores

Scientia literarum
 maxima
 necessaria.

& uita genus consideret, quæ nullas norunt lite-
 ras, quod ferunt de Scythis. Hi primum nullas <sup>Scytharum bar-
 baries.</sup>
 habent ciuitates legibus constitutas, iudicia nul-
 la, ius est quicquid fecerunt hi, qui aut uiribus,
 aut factionibus plurimum pollent, foris nulla
 commercia cum uicinis, nulla rerum commuta-
 tio, unum aduersus famem presidium est latro-
 cinari multos, etiam hospitium carnibus uicti-
 tare fama est, domi uero, non modò disciplina
 nulla, sed etiam affectus illi quos natura commu-
 niter generauit in animis hominum, fides con-
 iugalis, amor sobolis, charitas propinquorum,
 & familiarium, barbaris moribus extincti sunt.
 Nulla est scientia educandorum liberorum, sine
 qua boni uiri nulli fiunt, nulla uirtutis admira-
 tio, nullus intellectus honesti, nulla honestis offi-
 cijs copulata amicitia, non humanitatis ullus
 sensus. Postremo, nulla de religione, deq; uolun-
 tate Dei erga mortales rectæ opiniones. Sic in
 genere sunt barbari alij plus, alij minus imma-
 nes, Cyclopicam quandam uitam agentes. Nam
 cum in huiusmodi barbariem harum gentium
 mores degenerare necesse sit, nisi literis ad uir-
 tutem, ad humanitatem, ad pietatem excitentur,
 ac fermentur. Præclarè sapienterq; à uobis fa-
 ctum est, qui in urbem uestram honestas discip-
 nas,

nas, alumnas omnium uirtutum, accersistis, pro uiribus illas tueri, & conseruare. Porro his duris temporibus, in primis mereri laudari uestrum consilium, cum periculum est naufragium literæ, in hoc fatali motu Rerum pub. faciant. Nam errore quodam uulgi sceleratae deseruntur. Quidam enim stulti concionatorum literis abstrahunt, magna pars uentri metum ad quaestuosas artes se recipit, postquam spoliata est, sacerdotum redditibus uictitandi, quos solos, laboris sui præmia esse putabant. Quisquis enim tantopere uirtutem miratur, ut uisus eam colendam esse ducat. Cùm in hoc discrimine sit res literaria, decuit omnes Reges, ac Principes Rerum pub. periclitantibus disciplinis adferre. Sed nostri Reguli partim ita crassissimi, ut precium literarum non intelligant, partim iniquissimi, ut Tyrannidi suæ expedire credant, legem omnes, religionem, & ciuilem disciplinam aboleri. Quid de Episcopis dicam, quos et Imperatores & studijs literarum nostri Imperatores præferre uoluerunt. Nec aliud fuerunt olim collegia sacerdotum, nisi scholæ, & ut otium, ac sumptibus scientibus abundè essent, amplissimi redditibus collegijs constituti sunt. Nec omnino infelicitate paret olim ab eo genere hominum tractata.

Stulti concionatores.

Reguli nostri.

Episcopi & Sacerdotes.

cum alias literas, tum sacras. Nunc uidemus nusquam esse infestiores hostes bonarum artium, quam in illis sacerdotum sodalitijs. Proinde necessario tempore uobis in mentem uenit, exulantes suis sedibus literas hospicio excipere, & tanquam domum deducere. Non pigeat adiecisse hoc decus reliquis ornamentis urbis uestrae, quae iam antea omnibus, aedificijs, opificum ingenijs, ita floruit, ut conferri cum quauis laudatissimarum urbium apud ueteres recte possit. Neque alia urbs in Germania doctiores hactenus ciues habuit, qui quia ad gubernandam Rempub. scientiam optimarum artium adhibuerunt, effecerunt ut reliquis Germaniae urbibus haec longe praestaret omnibus. Nunc autem cum hic domicilium honestis disciplinis constitutis, ad illum cumulum laudum uestrarum, incredibile est quanta fiat accessio. Nam si pergitis excitare hominum studia ad discendum, preclare merebimini primum de patria, & de exteris. Cum uobis auctoribus recte fuerit instituta iuuentus, praesidio patriae erit: Non enim ulla propugnacula, aut mœnia firmiora urbium monumenta sunt, quam eruditione, prudentia, & alijs uirtutibus praediti ciues. Spartanus dixit uos debere ferreos esse, non saxeos. Ego uero non tam armis, quam prudentia, moderatione et pietate

Noribergae
laus.

tate defendi existimo. Deinde pertinebit hoc beneficium uestrum ad reliquam Germaniam, quae huc, modò faueat Deus incepto, excolendam, et diendamq; iuuentutem, missura uidetur, et primis idoneos ad moderandas Respublicas educabit, qui in hac urbe tanquam in ludo ad uirtutem instituti, et assuefacti fuerint. Vehitur huius urbis nomen summis laudibus, ab hospitibus apud exteros, et uestro beneficio de uinculis quos hominum tenebitis, quae uos hominum beneficia, nisi fallor, magis quam ulla imperia detinebunt.

Florentia.

Quanquam autem haec urbs plerisque, doctioribus uel cum Massilia, alijsq; quibusdam urbibus nobilibus certare possit, tamen malo iam earum uirtutum exempla uobis proponere, quae nostris temporibus florere predicantur. Maximum beneficium paulò ante haec tempora in uniuersam Europam urbs Florentia contulit, cum primum Graecorum literarum professores patria pulsos iussit ad se uerti, et non modò hospicio iuuit, sed etiam reddidit illis sua studia, postquam amplissimis stipendijs ad docendum inuitauit, in reliqua Italia professores artium è Graecia profugos, nemo aspiciens, et unà cum Graecia linguam, et literas Graecas amisissent propemodum, nisi Florentia

Et siquos homines calamitate leuasset, quod absq[ue]
 Florentinis fuisset, futurum fuit, ut prorsus ob-
 soleceret Latina lingua, sic uitiata barbarie, con-
 spurcataq[ue]: & Græca linguæ ne quidem ulla iam
 uestigia extarent, & occidissent unà monumenta
 religionis nostræ, nec iam sacrorum librorum ti-
 tulos, amissa Græca lingua, quisquam intelligeret. Romæ literæ
sordent.
 Nam Romæ miserè esuriebant exules illi, cum
 pontificiæ opes, præcipuè collocari deberent uel
 in calamitosos, uel in eos, qui tractatione litera-
 rum religioni operam nauarent.

Theodorum Gazam, bone Deus, quantum ui- Theodorus
Gaza.
 rum aiunt, cum illos Aristotelis & Theophrasti
 libros in latinam linguam uersos Pontifici offer-
 ret, codicem exhibuisse sumptuosius ornatum, u-
 bi Pontifex interrogās, quanti ornasset librum,
 nihil præter eos sumptus rependit, nulla auctori
 pro laboribus, quos in difficilimo opere uerten-
 do exhauserat, reddita merces. Porro ad exem-
 plum pertinebat ampliora præmia dari, uel pro
 libro non perinde utili ut ille erat. Sed nec utili-
 tas operis permouit Pontificem ad remetiendam
 gratiam uberiolem. Sed postquam Florentino-
 rum beneficio honestæ artes reuiuiscere cœpere,
 magna utilitas inde ad omnes Gentes deriuata
 est, multorum ubiq[ue] excitata sunt ingenia, ad op-
 ptimarum

ptimarum rerum studium. Nam et Latinos
 nes Græcorum emulatio ad patriam linguam
 staurandam, quæ penè funditas collapsa erat,
 mulavit. In urbibus leges publicæ emendatæ
 deniq; expurgata religio, quæ iacebat ante
 chorum somnijs obruta, & oppressa. Quæ
 quanquã variant hominum iudicia, tamen
 existimo, bonos uiros rectius peruidere uim
 ramq; religionis, hoc tēpore firmiora solati
 scientiæ tenere, quàm fuerunt illa, quæ paulo
 te Monachi tradiderunt. Non dubium est
 quin præclare Florentia de omnibus gentibus
 rita sit, quæ literas uelut è naufrago in portum
 recepit, conseruauitq;.

Huius urbis exemplo, uos his miseris temporibus
 bus bonas artes defendite, cum Episcopi pro
 ris arma tractant, et reliqui principes hanc
 se indignam ducunt, passim tumultuatur Ger
 nia, et ad arma conclamat, et quemadmodum
 in ueteri uersiculo:

Pellitur è medio sapientia, ui geritur res.
 Id his studijs maximè officit. Nā si inter arma
 lere leges, rectè dixit Cicero, quātò magis
 stre artes obmutescūt, in ocio nata, atq; ab
 his motibus ruinam omnes bonæ artes minac
 nisi Deus fulciat, ac his qui rerū potiuntur

lem det instaurandi literarum studia. Vos uerò ne desistite urgere honestissimum & sanctissimum propositum. Etenim neque Deo gratius à uobis officium ullum, neq; utilius ciuitati uestrae praestari potest.

Porro cum recte facta plerunq; sequatur inuidia, non dubito quin cum iniquis quorundam iudicijs uobis certandum sit. Sed est fortis uiri inuidiam in recte factis contemnere, fortasse certandum est uobis & cum alijs difficultatibus, quae consilia uestra in prouehenda schola, remoraturae uidentur, quas ita uincetis, si cogitabitis, Deo nos in hac re morem gerere. Nam nisi literis conseruatis, durare religio, & bonae leges non possunt: praeterea exigit Deus, ut liberos uestros, ad uirtutem, ac religionem instituatis. Est autem non modò in superos impius, sed planè humana specie beluinam mentem tegit, quisquis non dat operam, ut sui liberi rectissime instituantur, hoc inter hominem ac beluam discrimen natura fecit, quod beluae deponunt curam sobolis, cum adoleuit, homini iniunxit, ut ex se procreatos nò modò in prima infantia alat, sed multò magis, ut mores eorum, cum adoleuerint, ad honestatem formet.

Quare in primis in bene constituta ciuitate, scholis opus est, ubi pueritia, quae seminariū est,

g ciuita

Inuidia securus
ra honestum
propositum.

Homo Belua,

ciuitatis, erudiatur, ualde enim fallitur, si quae
ne doctrina solidam uirtutem parari possent
mat, nec ad Respub. gubernandas quisquam
idoneus est, sine scientia earum literarum, quae
ratio omnis regendarum ciuitatum continet

Hec cum expendetis, non inuidia, non ulla
difficultatibus patiemini uos absterre, quod
nus ad discendum uestros ciues inuitetis. Depre-
fessoribus uestris hoc polliceri uobis possum, quod
eruditionem suscepto oneri parem esse, et in ho-
gendo munere summam fidem futuram. Christus

precor, ut auspicijs grauissimi negocij fauere

et uestra consilia, studiaque discen-
tium fortunet,

Dixi.

DE LAVDE VITAE SCHOLASTICAE

Oratio, dicta à D. Melchiore Fes-
dio, in promotione Magi-
strorum.



Um considero eos, qui in hunc
cum ad dicendum prodeunt, uel
gumenti nouitate, uel eloquii
placere, animaduerto mihi
opus esse humanitate atque equitate